Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Vere languores nros ipe tulit: et dolores nros ipe
portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum
et percussum a deo et humiliatum: ipe autem uul
neratus est ppter iniquitates nras. attritus est
ppter scelera nra. Disciplina pacis nre super eum:
et liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi
oues errauimus. vnusquisq; in uiam suam de
clinauit: et dominus posuit in eo iniquitatem
omnium nrm. Oblatus est quia ipe uoluit:
et non aperuit os suum. Sicut ouis ad occisionem
ducetur: et quasi agnus coram tondente se obmu
tescet et non aperiet os suum. De angustia et de
iudicio sublatus est. Generacionem eius quis
enarrabit. quia abscisus est de terra uiuencium.
Propter scelus pli mei percussi eum. Et dabit ipsi
os pro sepultura. et diuitem p morte sua: eo qd
iniquitatem non fecerit. nec dolus fuerit in ore
eius. Et dominus uoluit conterere eum in in
firmitate. Si posuit pro pcto animam suam.
uidebit semen longeuum et uoluntas domini i
manu eius diriget: pro eo qtradidit in morte
animam suam: et cum sceleratis reputatus est.
Et ipe peccata multorum tulit: et pro transgres
soribus rogauit ut non perirent. Dicit dominus
omnipotens. Passio dni nri ihu xpi s. luca.
In illo tempe: Appropinquabat autem dies